Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



76

Terra mota est. et enim: celi distillaverunt
a facie dei sinai. a facie dei israhel.

Pluviam voluntariam segregabis ds hereditati
tue. et infirmata est tu vero perfecisti eam.

Animalia tua habitabunt in ea. parasti in dul
cedine tua pauperi ds.

Dns dabit verbum evangelizantibus virtute multa.

Rex virtutum dilecti dilecti: et specie domus
dividere spolia.

Si dormiatis inter medios cleros pennae colum
be deargentatae. et posteriora dorsi eius in
pallore auri.

Dum discernit celestis regis super eam nive de
albabuntur in selmon. mons dei mons pinguis.

Mons coagulatus mons pinguis. ut quid suspica
mini montes coagulatos.

Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo.
et enim dns habitabit in finem.